



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CDLXXVII. Rotariatsinstrument über des Arnold von Burgstorfs Resignation des Bisthums Brandenburg und demnächst erfolgte Bestätigung in demselben, vom 19. Juli 1472.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

Notarius, Johannes Walwitz Marschallus, Hinricus Ziegelheim Advocatus, Johannes de Stechau, Conradus Brand, Johannes et Richardus fratres conditi de Bardeleve, Edgardus de Stechau, Martinus de Kalenberg, Joachim de Treskau, Gerhardus de Biren et alii quam plures familiares nostri continua fide digni.

Nach dem Originale.

CDLXXVII. Notariatsinstrument über des Arnold von Burgstors Resignation des Bisthums Brandenburg und demnächst erfolgte Bestätigung in demselben, vom 19. Juli 1472.

In nomine domini amen. Tenore presentis publici instrumenti cunctis illud intuentibus pateat evidenter et sit notum, quod anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo indictione quinta die vero dominica, que fuit decima nona mensis Julii, hora vesperarum vel quasi, Pontificatu sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia pape quarti anno ejus secundo, in mei Notarii publici testiumque infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus Illustrissimus princeps et dominus dominus Albertus Marchio Brandenburgensis S. R. I. Archicamerarius et princeps Elector . . . publice proposuit et dixit, quatenus quia post decessum felicis recordationis reverendi in Christo patris et domini domini Theodorici quondam Episcopi Brandenburgensis pie defuncti domini de Capitulo ecclesie Brandenburgensis ad precipitantem et celerem novi pastoris arripuissent electionem, antequam obitus prefati Episcopi ipsi innotuisset, quo autem audito sensisset se occasione istius gravatum et hujusmodi electionem sic precipitanter factam sibi et suo juri ac diurne observationi prejudicalem, ex quo sibi admetiretur ante electionem nominationem et nominandi habere potestatem, vigore cujus electio fieri deberet super illo, quem gratia sua nominaret, vel unusquisque Marchio Brandenburgensis princeps Elector pro tempore existens quolibet tempore cum se facultas offerret potestatem nominandi haberet, unde gratia sua appellasset et prepositum ac capitulum dicte ecclesie Brandenburgensis coram se Tangermund trans Albeam vocasset ipsis gravamen suum et appellationem factam intimando protestatusque fuisset expresse per tractatus in hujusmodi causa cum capitulo habendos eidem appellationi sue facte in aliquo non derogare, sed non minus eam prosequi vellet si amicabile compositio non interveniret et inter cetera attemptasset, eandem electionem factam fore renuntiandam et prostergendam, quo facto nominare vellet, uti illustrissimus princeps et Dominus Dominus Fridericus quondam Marchio Brandenburgensis Germanus ipsius pie defunctus peregrisset, juxta quam electionem de novo eligere deberent, quemadmodum secundum nominationem prefati fratris sui per venerabilem Albertum Clitzingk modo prepositum Berlinesem eo tempore capitulo antedicto patefactam novissimum Episcopum pie defunctum elegissent, quem dictus frater ipsius scriptis suis et per dictum Albertum Klitzingk oretenus nominasset, quibus prepositum et capitulum ibidem presentes rogasset, infra octo dies proxime sequentes deliberare et cum infra eundem terminum Brandenburg cum eis vellet constitui super his benevole respondere. Quod et factum est, prout et quemadmodum ego Notarius infrascriptus de his omnibus ab eodem principe memorato ac aliis fide dignis sufficienter sum informatus. Quo termino prefato adveniente et dicto domino principe Marchione Alberto in urbe Brandenburgensi personaliter constituto super aliis mediis et attentionibus per prefatum Dominum principem eidem capitulo

Hauptst. I. Bd. VIII.

propositum est, a preposito et capitulo per plebanum nove civitatis Brandenburgensis concapitularem de consensu omnium unanimiter responsum, quod prepositus electus esset promus electionem in persona ipsius factam capitulo resignare, quemadmodum etiam factum est in presentia domini Marchionis prefati, et ex quo idem prepositus ad tantam dignitatem suscipiendam fuerat idoneus et eidem principi ad prefulatum gratus et non persona dicti prepositi sed tantum electio sic precipitanter facta juxta prenarrata displicuit, sua gratia in melius dicte ecclesie Brandenburgensis deliberato animo super jure suo et diutina observatione uti Marchio Brandenburgensis et S. R. I. princeps elector prememoratam prepositum in prefate ecclesie Brandenburgensis Episcopum et pastorem nominavit et erga capitulum ut ipsum prepositum juxta sui nominationem de novo eligeret instituit, quod et deliberato animo bona voluntate et concorditer est peractum, et idem capitulum coram eodem principe ipsum nominatum quemadmodum illum qui super sui nominationem per omnes dominos de capitulo ibidem personaliter presentes assumtus et electus exiterat ut ipsius gratie et ipsorum Episcopum presentarunt ipsum et ecclesiam suam Brandenburgensem una cum omnibus et singulis spiritualibus et secularibus ipsius subditis eidem principi commendando intime rogantes, ut eundem literis promotorialibus coram sanctissimo domino nostro apostolico et cetu Cardinalium in negotio confirmationis obtinende et ut in annatis persolvendis ultra taxam antiquam prefate ecclesie non gravaretur gratia sua libere promotum dignaretur. Ad que omnia prefatus dominus princeps benevole respondit eorum petitioni annuendo, adjiciens ipsum et capitulum ipsius ac diocesis una cum subditis spiritualibus et secularibus uti fideles suos subditos generose habere commendatos, super quibus omnibus et singulis sepefatus princeps sibi a me Notario publico infra scripto unum vel plura publicum seu publica fieri petiit instrumentum seu instrumenta tot quot forent necessaria. Acta sunt hec in quadam aula episcopali in urbe Brandenburgensi anno indictione die mense hora et pontificatu quibus supra presentibus ibidem venerabilibus strenuis ac validis viris dominis, Johanne Stadis Decretorum Doctori in Seehufen et Alberto Klitzingk in Berlin prepositis, Georgio de Waldenfels milite, Mathia de Schulenburg, Bernhardo et Johanne fratribus dictis de Bredov nec non Conrado Schlaberndorff testibus ad premissa vocatis et requisitis.

Et ego Caspar Crüger clericus Brandenburgensis diocesis publicus sacra imperiali auctoritate Notarius etc.

Gercken's Stifte-Historie S. 662—666.

CDLXXVIII. Netz über die Lehngüter des Hans Bentzdorf zu Brandenburg zu Klein Wesseram, Jeserig und zu Brandenburg, worüber die Lehnherrlichkeit an den Bischof von Brandenburg, den Abt zu Lehnin und den Rath der Neustadt Brandenburg übergegangen ist, vom Jahre 1472.

Hanns Bentzdorff burger In der alten Stat Brandenburg hat zu lehen empfangenn die bette des dorffs Regenstorff XIII schilling den., dabit XX gr. lehen war. Der genant Hanns Bentzdorff hat ein brief furbracht, das sein vater auch hanns Bentzdorff genant von Marggrau Johaunfen zu manlehenn empfangenn hat Item das dorff Lutick wesseramm vnd In demselbenn dorff XIII stück geltz mit oberstem vnd vnderstem gericht, das empfecht er nunn von meinem hern dem Bischove von Brandenburg vnd sagt, mein here Marggrau fridrich hab In dahin geweist; Item das dorff geserick vnd dar Inn Jerlichenn IIII wispel vnd III scheffel rooken